in Syriacis. Maſyas campus & fluvius Cœleſyriæ, inter Antilibanum & Berytum. Ejus montana tenent Ituræi, metropolis Maſyæ Chalcis.

Alter error. Ptolomæus Mennæus duxit Alexandram, Antigoni ſororem, circa initia belli civilis inter Pompeium & Cæſarem. Si ex hoc conjugio natus Lyſanias, occiſus vero à Cleopatra, prius eſt occiſus, quam alterum Lyſaniam, de quo Lucas, gignere potuit.

Ergo omittatur hoc additamentum. Omnium vero lubentiſſimè ſcirem an Exemplar ſalvum ſit. De lucro non laboro, modo imprimi poſſit. Vale. 1. Julii 1613.

J. Kepplerus Matthiæ Berneggero
S. P. D.

PRæceps occaſio, ut ſemper. Igitur hoc unum. Accepi primam paginam. Jam in portu navigo. Cætera